UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Casus reseruatus

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

Visual Library

datarius gratis ſeruiebat: ſecus, ſi ob ſtipendium, aut eiuſmodi aliquod debitum, aut ſi eius culpa damnum accidit.
Addit.} Inito pacto generico; vt quis in omni caſu teneatur, excipitur fortuitus, cui non fuiſſet in ſpecie renunciatum. *Syl.l.c.nu.2.*

CASVS RESERVATVS, *Vide Abſolutio.*

1 CONcedens caſus ſibi reſeruatos, ſi aliquid ſpecialiter nominet, cætera ſimilia concedere intelligitur; quod ſi aliquid excipiat, cætera ſimilia videtur excipere.
* *Vide Nau.c.27.nu.261.Fu.eo.ver.num.1.*
2 Conceſſis caſibus Papalibus, intelliguntur etiam cenſuræ.
* *Fu.l.c.num.2.* Papalibus enim omnibus annexa eſt cenſura aliqua. *Nau.c.27.num.161. Viual.de abſol.nu.56.*
3 Sublata reſeruatione Papali per priuilegium abſoluendi à culpa vel cenſura, cenſetur etiam ſublata reſeruatio Epiſcopi circa eandem culpam. *Nauar.c.27.numer.254. Tolet.li.5.cap.14.*
* *Nauarr. l.c.*
4 Sacrilegium reſeruatum epiſcopo, intelligitur ſolùm quo violatur locus ſacer furto, aut ſanguine, aut ſemine, non autem luxuria perſonæ ſacræ; vbi quidam aduertunt, ex Iure Epiſcopo non ſacrilegium, ſed ſortilegium
reſer-

reſeruari : pro quo vulgò per errorem lectum ſacrilegium.

*Tol.l.3.c.14.Syl.ver.caſus Sortilegium, & omne ſacrilegium dicit Epiſcopo eſſe reſeruatum. idem Nau.l.c.nu.262.

5 Caſus in dubio non præſumitur reſeruatus.

*Pœnæ enim reſtringendæ. c. odia de regalis iuris.

6 Blaſphemia publica reſeruata Epiſcopo ſolùm in Foro exteriori, niſi ipſe aliud declaret.

*Nau.l.c.nu.262.

7 Si quis oblitus caſuum reſeruatorum abſolutus eſt à potente, & intendente abſoluere illum ab omnibus, quod ſemper intendit qui abſoluit, poteſt abſolui ab illis poſtea per quemcumque Confeſſorem, quia iam non ſunt reſeruati. Idemque dicendum de illo qui reſeruata quidem confeſſus eſt, & ab illis abſolutus, ſed animo incapaci Abſolutionis. Nauar.c.26.nu.13.Cou.c.Alma 1.part.§.11.numer.12.Anton.3.par.tit.14.c.19.§.17.Syluest.Confeſſio.1.quæſt.19.Caiet. verſ. caſuum reſeruatio. Suarez diſp.31.de pœnit.ſect.14.

*Nau.c.cum conſideret.§. cautus de pœnit.d.5.n.30.& c.26.nu.13.

Idem fere Sylu.confeſſ.1.§.7. Zerula in praxi pœn.c.13.q.18.ex Ang.Palud.Cou.in c.Alma mater p.1.§.11.num.12.

Idemque dicendum de illo} Sylu. Confeſſ.1.num.21.Ang.de confeſſ.pag.231.Caiet. verſ.Caſus,

Fum. eo. numer. 4. D. Ant. 3. p. tit. 14. c. 19. §. 17.

8 Caſus reſeruati in Religione, non habent locum in Nouitijs, antequam per vota admittantur; vt neq; præceptorum obligatio.

9 Caſus non reſeruat niſi Papa, aut Epiſcopus, aut Prælatus habens Epiſcopalem auctoritatem.

* *Med. l. 1. capit. 9. vide Triden. ſeſſ. 14. cap. 7. de reformat.*

Addit. ℥ Mortuo, vel amoto Epiſcopo caſus reſeruati ab eo expirant, non autem à iure. *Met. l. 1. c. 10.*

Caupo, vide Stabularius.

CENSVS.

1 OPortet in cenſu rem eſſe immobilem (talis autem eſt annuus reditus) & ſua natura fructiferam, & totum pretium recipi in celebratione inſtrumenti, nec poſtea augeri, aut minui, & perire cenſum pro rata repereunte, aut ſterili facta, & poſſe redimi ſemper eodem pretio, & poſt denunciationem etiam ab inuito intra annum repeti.

* De cenſi. *Nauarr. comm. de vſur. Sot. l. 6. q. 5. Bannes in 2. 2. q. 78. art. 4. Io. Med. c. de reſiſtit. q. 11. prope finem, Cor. 2. p. Val. t. 3. d. 5. q. 22. Carbo. de reſt. Mol. Conr. Lopez. de contract. Garzias à ca. 26. Tol. l. 5. c. 23.*

* Vide *Nauarr. comm. de vſur. num. 69. & 84.*

vbi